

## Werk

**Titel:** Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

**Jahr:** 1743

**Kollektion:** Zoologica

**Werk Id:** PPN369546733

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546733> | LOG\_0084

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546733>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

## CAPUT TRIGESIM. OCTAVUM. XXXVIII. HOOFDSTUK.

*Lignum Leve. Halaur**Halaur-Boom.*

**H**alaur vasta & erecta est arbor silvestris, quæ truncum gerit rotundum & altum, non alatum: Ejus cortex est rufus, externe mollis, & quasi cariosus, crassus, siccus admodum & fragilis, sique pluvioso tractetur tempore, levem cutis pruritus excitat: Ejus ramuli sunt longi, rotundi, & firmi, quibus folia alternata insident, aliquando vero non istum servant ordinem: Sunt vero maxima, ac duplicem gerunt formam, binæ enim hujus arboris occurrunt species, latifolia nempe & angustifolia, latifolia longa sunt octo & novem pollices, sex septemve digitos lata, angustifolia folia eandem fere obtinent longitudinem, immo sæpe longiora sunt, sed non ultra binos cum dimidio ac tres pollices lata, sunt porro utriusque speciei scabra, inferius lata, ac sensim angustata instar apicis hastæ, superne glabra & obscure viridia, inferne glauca ac cinerea; latifolia rugosa quoque sunt, si tangantur, paucis obliquis pertexta costis ac venis.

Fructus solitarii in ramis vagi dependent, paulo minores Pruno, superius lati, fructibus Laurastri Amboinensis simillimi, primo glauci, dein nigri, sub externo, sicco, & fragili putamine duriusculis reconditur nucleus siccus, intense luteus & gratum spirans odorem instar illius Laurastri, in bina segmenta divisibilis: Hi fructus terram tangentes facillime progeminant, novissime producant arbutulas.

Lignum duplex quoque est: illud latifoliae speciei pallidum seu Citrinum est instar illius Suren, estque levissimum lignum, quod in Amboina reperitur, crassius autem constat fibris, ac fungosum est, casuque facile, sed difficulter difsecatur, dum fibrosa ac pilosa sua substantia cuncta hebescere faciat instrumenta: Non etiam facile perdolari aut poliri potest, licet recens splendeat instar ferici, si vero ejus ramentum seu filamentum extrahatur sursum vel deorsum, magnum format in ligno sulcum, unde plerumque fricando poliendum est, aspersaque, qui ex hoc eliguntur ligno, securi formandi sunt.

Altera seu angustifolia species lignum gerit magis rufum, solidius, quodque tenuioribus constat fibris, sed in sole facile rugas agit, quod in primo non observatur: Utraque sicca & elaborata debilem fundunt Camphoræ odorem, præsertim primum, qui odor diu etiam superest, si oclusum conservetur. Utraque ad externam faciem ingrati & inelegantis sunt coloris, unde & vilia videntur, nihilominus tamen durabilia, quæque nunquam coscos generant, licet Soli, pluviis, vel aquæ marinæ exponantur: Ejus caput mortuum, ut ita dicam, in silvis prolapsum, tardissime perit, si enim pluvioso tempore id conspiciatur, putridum refert lignum, sicco vero tempore, siccam repræsentat spongiam: atque pluvioso tempore fortem insuper Sinapios spirat odorem, seu instar Raphani majoris, qualis sæpe in densis observatur silvis, nec quis facile detegat, undenam hic odor. Fructus maturescunt Augusto.

Nomen. Latine *Lignum leve*, quum inter Amboinensium tigna levissimum sit: Amboinice in Leytimora vocatur *Halaur*, in Hitoea *Halaul*: Latifolia species cognominatur alba seu femina. Angustifolia vocatur *Halaul saxatilis*.

Locus. In altis ac densis Amboinæ crescit silvis, alia enim ejus loca mihi sunt ignota.

Ufus. Ex primæ speciei ligno plurima levia fabricantur navigia, ob ejus levitatem ac durabilitatem in aqua marina: Hæc navigia talem sortiuntur qualitatem, ut in terra Soli exposita sese contrahant, magnasque præbeant fissuras, aquæ vero imposita intumescent & consolidentur: Ex altera specie, quum ejus lignum sit durius, ædium postes formantur, qui ad Solem tamen rimas agunt, nihilominus adeo durabiles sunt, ut in quibusdam circa Castellum locis postes demonstrari possint, qui ultra sexaginta annos incorrupti steterunt.

**H**alaur is een groote en regte Wout-boom, met een booge stam zonder vlerken: De schorsse is ros, van buiten zagt, en als vermolmt, dik, zeer droog en bros, en alse by regenachtig weer behandelt word, een weinig jeuken op de buyd veroorsakende: De ryskens zyn lang, rond, en styf, daar aan de bladeren verwisselt tegens malkanderen staan, dog zomtyds de ordre brekende. Zy zyn van de grootste, en van tweederley gedaante, na de twee soorten dezes booms, verdeelt in breedbladige en smalbladige. Die van 't breedbladige zyn acht en negen duym lang, ses en seven vingers breed: die van 't smalbladige zyn meest van de zelfste lengte, ja zomtyds langer, maar niet meer dan twee en een halfen drie duymen breed: Voorts alle beide styf, agter breed, en alenxkens toegespitst, als het yser van een spieffe, boven glad en swart-groen, van onderen blauw-groen en gryz, aan 't wyde geslagt ook wat ruig in 't aantasten, met weinige schuinse aderen.

De vrugten ziet men hier en daar enkeld hangen, wat kleender dan een pruym, van vooren wat breed, de vrugten van den grooten Lauraster Amboinicus zeer gelyk, eerst Spaans-groen, daar na swart. Onder de buytenste drooge en brosse schale leyd een bardagtige drooge korf, hoog-geel, en wat welriekende, mede als die van Lauraster, die men ook in tweeën kan deelen. Deze vruchten op de aarde vallende, schieten zeer ligt uyt, en brengen jonge boompjes voort.

Het hout is mede tweederley: dat van het breedbladige is bleek of ligt Citroen-verwig naast aan de Suren, het lichtste hout van alle, dat men in Amboina heeft, grofdradig en voos, licht om te kappen, maar gantsch moeyelyk om te zagen, dewyl het met zyn hayrige substantie al het gereetschap stomp maakt; Het laat zig ook niet glad schaven ofte polysten, hoewel 't versche glimt, als Latyn, maar als men aan een splinter of draatjes begint te trekken, het zy op of nederwaarts, zo volgt 'er een geheele vooren in 't hout, daarom men 't meest met schuieren moet glad maken, en de planken, die men daar uyt hebben wil, met de byl kappen.

Het tweede of smalbladige heeft een hout wat roffer, digter, en fyndradiger, maar scheurt ligt in de Son, het welk 't eerste niet doet: Alle beyde droog zynde en gewerkt, geven een slapen Campher-reuk van zig, inzonderheid 't eerste, die hem ook lange by blyft, als het iewers ingeslooten werd. Beyde zyn ze een ongezien en veracht hout, uytterlyk aan te zien, nogtans zeer durabel, daar nooyt wormen inkomen, al leyd het in de Son, regen, en zee-water. Zyn doot lichaam, om zo te spreken, in 't Bosch omgevallen leggende, vergaat langzaam; want als men by regen-weer daar by komt, gelykt 't een beel verrot hout, en by droog weer, een drooge spongie: gevende daar en boven by regenachtig weer een sterken Mostert reuk, of van Peper-wortel van zig, diergelyke men dikwils in digte Bosschen gevoelt, zonder dat men weet, waar dat by van daan komt. De rype vruchten ziet men in Augustus.

Naam. In 't Latyn *Lignum leve*, of ligt hout, om dat het onder de Amboinsche timmerhouten, het lichtste is: Amboins, op Leytimor Halaur; op Hitoe Halaul. Het breedbladige werd bygenaamt 't witte of Wyfken. Het smalbladige bietenze steen-Halaul.

Plaats. Het wast in booge en digte Bosschen van Amboina, want van andere plaatzen is my nog niet bekend. Gebruik. Uyt de eerste werden vele ligte vaartuygen of prauwen gemaakt, om zyne ligtigheit en duurzaamheid in zout water. Deze prauwen hebben die eygenschap, datze op 't land en in de Sonne staande, zeer inkrampen, en groote scheuren vertoonen, maar in 't water komende, swellen op, en worden weer digt. Uyt de tweede soorte, om dat het wat harder hout is, maakt men stylen tot buyzen, doch scheuren wat in de Son, niet te min zo durabel, dat men in zommige Negoryen aan 't Casteel stylen tonen kan, over de 60. jaren oud, en nog onbeskadigt.

*Rumphius in Adpendice hæc addidit.*

Ad ulteriorem hujus arboris notitiam hæc subjun-  
go: In Leytimora tres *Halaur* numerantur species, ab  
Hitoensi supra descripta, quodammodo diversæ:  
Primo itaque *Halaur* genuina Sojensis, *Waribokor*  
quoque dicta, folia gerit sex septemve pollices longa,  
quatuor digitos lata, superius glabra, inferius palli-  
de viridia, in obtusum apicem desinentia, multisque  
sinuosis costis infra protuberantibus pertexta, alter-  
natim posita, sed plerumque inordinata.

Ex foliorum alis & inter ipsa parvi excrescunt ra-  
cemi, viridia sustinentes capitula, magnitudine fe-  
minis Sinapios, quæ sese aperiunt in flosculos albos  
quadripetalos, qui repleti sunt brevibus staminibus  
antheras luteas gerentibus.

Fructus rari sunt & vagi, bini ternive simul prove-  
nientes tam ex foliorum alis quam post ipsa, brevi-  
bus infidentes petiolis, rotundi instar illorum *Daun*  
*Candal*, qui in brevem desinunt apicem, suntque  
glabri, primo virides, dein nigricantes.

Sub crasso & molli putamine duriusculus, sed mucosus  
reconditur nucleus oviformis instar ovi *Lacertæ*, in  
bina divisibilis segmenta, fortem spirans odorem.

Secunda species Hitoensium *Halaur* est tam latifolia  
quam angustifolia, quæ apud Sojenses *Eobur* vo-  
catur, cujus cortex cutis pruritus excitat, ejusque  
lignum fungosius est illo præcedentis.

Tertia vera est *Ewassa*, quæ illis sæpe etiam *Ha-  
laur* dicitur, quæ cum suis fructibus in subsequenti  
describitur capite.

### *Tabula Quadragesima Tertia*

Ramum exhibet *Ligni levis* primi, quod *Halaur* incolis di-  
citur.

### *Tabula Quadragesima Quarta*

Ramum exhibet *Ligni levis minoris*, quod *Halaur Kitsjil* in-  
colis vocatur.

## CAPUT TRIGESIM. NONUM.

### *Lignum leve alterum. Ewassa.*

**E***Wassa* arbor est similis præcedenti, seu *Halaul*  
faxatili, forma ac modo crescendi cum ipsa  
conveniens. Ejus vero cortex crassior est, ma-  
gisque cinereus. Folia multo sunt minora, a sex ad  
octo & novem pollices longa, ejusdem formæ ac  
coloris: Lignum ejus est solidum, ac crassioribus  
confiat fibris, quam præcedentis, in quo plurimæ  
breves venæ & lineæ conspiciuntur, aliquando etiam  
nigricantes maculæ instar lenticularum, cæteroquin  
pallidum est, & leve, fortemque & amarum fundit  
odorem & saporem, si recens tractetur, ad *Matricaria*  
adcedentem: Serra & dolabra melius elaborari  
potest quam præcedens, ita ut assereuli & capsulæ  
ex illo formari possint, quæ recentes splendent instar  
serici *Bombicini* densioris, sed non ita ac *Halaul*.

*Nomen.* Latine *Lignum leve alterum*, Amboinice in  
Leytimora *Ewassa*. Hitoenses hanc arborem putant  
marem esse ipsum *Halaul*, talique indignant nomi-  
ne, sed forma, lignique odor nimium ab ipso differt.

*Locus.* Cum præcedenti potissimum crescit in Ley-  
timoræ montibus.

*Ufus.* Hoc lignum non facile putrescit vel cossos  
contrahit, si ad ædes in siccis adhibeatur locis, ex  
hoc quoque cistulæ & capsulæ formari possunt, sed  
hoc raro fit, quum adeo ingratum det adpectum.

P. S. *Ewassa* folia sunt solitaria in ramulis posita,  
a sex ad octo pollices longa, binos lata, scabra, in  
obtusum apicem desinentia, superne penitus glabra,  
inferne costis protuberantibus donata, quæ oblique  
& sinuose decurrunt, illa vero *Machili* folia referunt.

Fructus vero observantur vagi, ac plerumque so-  
litarii in ramulis locantur, magnitudine enucleata-  
rum nucum avellanarum, qui pericarpio insident in-  
star glandium, seu fructuum *Machili*, coloris purpu-  
rei, si denudati sunt.

### *Tabula Quadragesima Quinta*

Ramum exhibet ligni levis alterius, quod *Ewassa* incolis vo-  
catur.

*Rumphius* heeft in het *Aanhangzel* dit'er bygevoegt.

Tot beter kennisse van dezen boom, heb ik het volgende  
willen byvoegen: Op Leytimor makenze 3. soorten van  
*Halaur* van het bovenstaande Hitoëze wat verschillende:  
1. Het eygentlyke *Halaur* van Soja, anders ook *Wariho-  
kor* genaamt, heeft bladeren 6. en 7. duymen lank, 4.  
vingers breed, boven glad, beneden doods-groen, of bleek,  
met een stompe spits, en veel bogtige ribben beneden uit-  
buylende, en staan verwisselt tegens makanderen, dog  
meest zonder ordre.

Uyt den schoot en tusschen de bladeren komen kleene  
trosjes voort, waar op groene knopjes staan in de grootte  
van Mostaart-zaat, dewelke zig openen in kleene witte  
bloempjes van vier blaadjes gemaakt, binnen gevult met  
korte draatjes, boven op met groene noppen.

De vruchten staan weinige, te weten 2. en 3. by mal-  
kander, zo wel uit den schoot der bladeren als agter de-  
zelve, op korte steeltjes, rond, gelyk die van *Daun Can-  
dal*, met een kort spitsje boven op, glad, eerst groen,  
daar na rookverwig.

Onder een dikke dog weeke schaal, leyt een hardachtige  
doch slymerige korrel, ey-formig, gelyk een *Hagedissen*  
ey, in tweeën deelbaar, en sterk riekende.

2. Het tweede wil der Hitoëzen *Halaur* zyn, zo wel  
het breed- als smalbladige, op Soja genaamt *Eohur*, wiens  
scherffe jeuken op de buyd maakt, en het hout is voozer  
dan 't voorgaande.

3. Het derde wil de regte *Ewassa* zyn, welk zylieden  
mede zontyds *Halaur* noemen, het welk met zyn vruch-  
ten men in 't volgende Kapittel beschreven ziet.

### *De drie- en veertigste Plaat*

Vertoont een Tak van het kleine Hout, *Halaur-boom*,  
by de Inlanders genaamt.

### *De vier- en veertigste Plaat*

Vertoont een Tak van het kleine ligte Hout, het geen *Ha-  
laur Kitsjil* van de Inlanders genaamt wert.

## XXXIX. HOOFDSTUK.

### *Ewasse-Boom.*

**E***Wassa* is een boom gelyk de voorgaande, of *steen-  
Halaul*, aan gedaante en maniere van wasfen met  
't zelve meest over een komende. De scherffe is wat  
digter en graauwer. De bladeren zyn merkelyk kleender,  
van zes tot agt en negen duymen lang, van het zelve fat-  
zoen en couleur. Het hout is digt en kortdradiger dan 't  
voorgaande, daar men veele korte aderen en linien aan  
ziet, zontyds ook rookachtige plekken, als sproeten, an-  
ders mede ligt en bleek, van een sterken en bitteren reuk  
als men 't verscb bandelt, na de *Mater* trekkende. Het laat  
zig veel beter handelen door de zaag en sebaaf, dan het  
voorige, zo dat men plankjes en doosjes daar van maken  
kan, die verscb zynde mede wat glimmen, gelyk zatyn,  
dog zo zeer niet als *Halaul*.

*Naam.* In 't Latyn *Lignum leve alterum*. Amboinisch  
op Leytimor *Ewassa*. De Hitoëzen houden 't voor het  
manneken van haar *Halaul*, en noemen 't ook zo, hoewel de  
gedaante en den reuk van 't hout te veel daar van verschilt.

*Plaats.* Het wast nevens 't voorgaande in 't gebergte,  
meest op Leytimor.

*Gebruik.* Dit hout is mede geen bedervinge nog wor-  
men onderworpen, te weten, als men 't aan buyzen en  
drooge plaatzen gebruykt; men kan 'er ook kistjes en doos-  
jes van maken, dog 't word weinige gedaan, om dat het  
zo onzienelyk is.

P. S. De bladeren van *Ewassa* staan enkel aan baare  
ryskens, van zes tot agt duymen lang, twee dito breed,  
styf, met een korte spits, boven geheel glad, van onde-  
ren met uitstekende ribben, dewelke zeer schuwys en bog-  
tig loopen; zy gelyken wel na die van *Makilan*.

De vruchten ziet men weinige en zelden, staande meest  
enkel aan de ryskens, in de grootte van gepelde *Hazel-  
noten*, agter in een schoteltje, gelyk de *Eekelen* of de  
vruchten van *Makilan*, van couleur peers, zo ver zy  
bloot zyn.

### *De vyf- en veertigste Plaat*

Vertoont een Tak van een ander ligte Hout, het geen *Ewassa*  
by de Inlanders genaamt wert.